¶ Decre. vt circa locum non hēt cum appellans ius suum vel ecclesie directe p̄sequiṫ: sed cum in formam vel personas opponit crimina vel defectus quorū circūstātias si nō specificauit sup illis nō audiṫ:

s̄m proximū dictū qn̄.s. ita publice factū: ē q̄ verisimiliter potuit ad appellati. vl' specialis procuratoris noticiā p̄uenire: ⁊ hoc tunc demū quādo propter metū vl' potētiaz ⁊c. vt ibi. cū .n. talis appellatio habeat vim citationis peremptorie: vt ibi ad idez de ap. sepe. ita q̄ non veniens i termino iuris habeṫ cōtumax ⁊ p̄cediṫ contra eū vt ꝯ cōtumacē: ⁊ i p̄ncipali absurdū esset ꝯtumacē censeri ignorantez cui appellatio itimata non esset: ⁊ hec oīa vera puto: etiaz in electionibus cathedralium: ⁊ regulariuz ecclesiarum de qb⁹ loquitur decre. cupientes: vt ex quo nō aliter quā p appellationez deuoluunṫ ad curiā necesse sit p hunc moduz itimationē fieri. Forti⁹ enim punit ⁊ artat ꝯstitutio cupientes. quā decre. i. priuat eniz iure quesito ⁊ totali prosecutione processus ⁊ ad p̄sonalē artat cōparationez sed decre. i. punit solū i p̄cessu fiendo i partis absentia: ⁊ per eū satis ē procuratorem mittere: ergo etiā fortius ibi facienda est itimatio ⁊ sic ab olim seruauit curia. quando tn̄ appellatus non poterit haberi: varie loquebātur doc. quod tamen hic expeditum est. Et not. q̄ lz hec lr̄a vitet itimationem ⁊ impediat deuolutionem nō vitiat appellationē quomin⁹ sup ea posset extra curiaz impetrari vnde in talibus appellationib⁹ no. tria tēpora. Primum quo prescribitur appellatōi nec possit īterponi: ⁊ est. x. diez a noticia. de ap. cōcertationi. lib. vi. Secūduz quo p̄scribitur deuolutioni p̄ncipalis negocii ad curiaz si nō fiat itimatio: vel fiat sed non i debito tēpore ⁊ debita forma. ⁊ de hoc hic. Tertiū quo prescribitur p̄secutioni. ⁊ i deuolutis seruanda sunt tempora decre. i. ⁊ decre. cupientes. in alijs daṫ ān⁹ ⁊ ex cā bienniū ⁊ vltra. de ap. cuz sit ex rōne. p̄dictoꝝ aūt secunduz nō pōt eē sine prio. i. deuolutio sine appellatione: sed primum bene potest eē sine secundo. d ap. cordi. li. vi. vnde dicit Jo. mo. in p̄dicta regula in generali. q̄ cum negocium tractari in consistorio principis sit h spāle: hoc ius singulaṫ facilius tollit q̄ cōe. alle. ff. de pac. si vn⁹.§. pactus. in autē. de non alie.§. q: vo coll. ij. Audiui aliquos dicentes q̄ mens est huius lr̄e: q̄ nō valeat appellatio p̄dicto modo non intimata: ita q̄ non valeat impetratio sup ea facta etiā extra curiam. Mihi placet p̄mū dictum: qd̄ etiaz placet Jo. mo. vt predixi. Sed ob. q: s̄m hoc erit i p̄tāte appellātis eludere decre. statuimus. ⁊ non deferre principale negociū ad curiam. Solutio appellato ⁊ ignorāti non appellanti intendit hec cōstitutio p̄uidere: quare consulo q̄ appellās vadat vel sufficientē mittat: vt si veniret appellat⁹ forte sciēs quē ignorare credebat: p̄cedi possit vel si papa ad curiaz citare vellet appellatū alias ex parte appellanti nullo veniente planū ē q̄ pena p̄cessus de q̄ decre. i. loquiṫ locum hr̄e nō posset sed pena decre. cupientes. de qua p̄dixi bene posset habere locuz etiā appellato non veniente.

e ¶ Cōsimili.s. sub scriptura autentica.

f ¶ Si petita: si ergo non petitur sufficit legisse: cōcor. ȝ. d sepul. c. i. i fi. li. vj. de sen. ex. c. i. e. li. p qd̄. c. patet q̄ vtile ꝯsiliuz eēt appellato de petitione predicta facere cōfici publicū instrumentuz: satis tn̄ eēt de hoc p testes fidem fieri posse: lz ibi secus. vbi notaui. Jo. an.

g ¶ Talem: specialē de quo premisit.

h ¶ Contingat. collige litterā q̄ est ifra volumus appellationez hmōi publicari. Jo. an.

i ¶ In domo. i. aū domū: eo. n. īuito nō dz domū īgredi: faceret. n. iniuriam. ff. de iniu vo. l. pleriqz. ⁊. l. se. ⁊ de hoc dixi de eo q mit. i pos. c. si.

k ¶ Habitare: etiam si sit inqlinus. ff. de dā. infec. l. iiij.§. si domum.

l ¶ Cōiter lz ergo ibi nō habitet vltra dimidiū āni: lz min⁹: ex quo tn̄ habitat plusquā alibi: ibi poterit fieri itimatio: ad hoc. ff. de ver. sig. maiore lz si eq̄liter habitaret in duobus locis: i quolibet illoꝝ fieri poterit vbi elegerit appellās: ⁊ tutū eēt fieri i vtroqz. facit de sepul. cū qs.§. i. li. vi.

m ¶ Remotis: ex remotione ergo loci statuiṫ ius diuersum. de sen. exc d. relatum. de tēpo. or. cū nullus.§. ij. li. vj. ⁊ vt ibi no. puto hoc arbitrariū d hoc. ȝ. de resti. īite. cum ex lr̄is. in glo. pe.

n ¶ Cathedrali. cōcor. j. de fo. cōpe. quāuis.

o ¶ Vtroqz casu.s. cum publicatio fit ad domū vel in ecclesia cathedrali p pter domus distantiam.

p ¶ Bn̄ficio: et si eēt cāpestre vel rurale: ⁊ si nō sit ibi notarius nec p̄ntia testiū illos adducat: ⁊ sic fuaṫ in hoc cāu: ⁊ i casu decre. vl. e. ti. li. vi.

q ¶ Premisso.s. sub autentica scriptura.

r ¶ Metum: iustum. de ap. si iustus.

s ¶ Vt p̄ferṫ: q: nec dn̄o: nec spāli p̄curatori: nec ad domū habitatiōis ⁊ in beneficio: nec i ecclesia cathedrali ⁊ beneficio. Si aūt dn̄s vl' appellans locuz adiṫ non possit p̄sonaliter: posset tn̄ adire p p̄curatorez vel ecōtra nō p p̄curatorē: sed p̄sonaliter pōt adire: nec erit locus ei qd̄ dr̄: lz itimatōez ad domū fieri oportebit: ⁊ hoc vult lr̄a ista vt prefertur.

t ¶ Aliquo. lz ergo sanū sit cōsiliū. qd̄ no. guil. mā de. in libello p̄dicto super forma pe.s. q̄ i plurib⁹ locis fiat publicatio: q: tanto maior p̄sumptio ent cōtra appellatum de scientia. facit de postula. pla. c. i. q ma. accu. pos. in ma. p hāc tamen litterā patet satis esse q̄ fiat i vno loco: dummō sit publicus. ⁊c. vt hic dicit.

v ¶ Publico: ad tollendas illoꝝ fraudes: q captata oportūitate abs̄tis illorum quos tāgit vel p quos possit infirmari faciūt tales intimationes facti i auc. de litig.§. oēm. col. viij. ⁊ sir̄ qd̄ no. ȝ. e. ti. c. vlt. li. vi.

x ¶ Solēniter volum⁹: publicare cōcor. e. ti. q: pp. in fi. fiet aūt i loco viciniori. e. ti. vbi p̄iculū.§. porro. li. vi. de presum. quosdam. ⁊. c. q̄to. i publica missa p p̄losa vel s̄monib⁹ vl' nūdinis vel alio actu p p̄p̄l'm frequētato

y ¶ Procuratoris: spālis. de quo prius dixit.

z ¶ Verisimiliter: facit extraua. boni. rē nō nouā. post prin. Et no. q̄ i spicitur verisimilitudo: cōcor. ȝ. de presump. q: verisimile. ⁊. c. lr̄as. de reg. iur. inspicimus lib. vi.

ꝯ ¶ Deuoluta: qd̄ ergo no. Inno. ⁊ Hosti. in glo. in p̄n. allega. q̄ decre. i. e. ti. li. vi. artat ēt ignorantes: ex quo appellatio publice fuit omissa: cuz cōstitutio illa voluerit p̄uidere ꝯ vacationes ecclesiarū: vel est falsuz: vel intelligendum non de appellato: sed de alijs quoꝝ īterest: vel intelligēdū est

ꝯ ¶ Appellatū. nō reperit de p̄curatore. p qd̄ videtur q̄ hoc casu vbi nō p modos p̄dictos haberet noticia non sufficiat p̄curatorē sciuisse.

ꝫ ¶ Plena: ⁊ certa no. q̄ nō sufficit talis q̄lis: sicut in casu decre. illō de ele. ex. mi. cū similib⁹ de plena dicit: vt toti⁹ appellationis ⁊ oīuz obiectorū in illa noticiā habuerit: ac etiaz testis dicit plenam veritatez. d accu. cuz dilecti.

a ¶ Certa. dicit vt īdubitatū sibi sit vl' esse debeat sic appellatuz ex quo autez cert⁹ est certificari vlterius non debet. de reg. iur. cuz q cert⁹. posset autē hoc cōstare: q: sup appellatiōe consuluit aduocatos amicos vel simili mō forte p amicum p̄priū vel amicū appellantis sibi plene fuerat intimata.

b ¶ Tp̄s p̄dictū.s. mensis: vl' postquā cito cōmode fieri posset. ȝ. e. c. in prin. ⁊ no. q: p hanc lr̄am puto q̄ notificatio facta post tp̄s p̄dictū nō artat appellatuz nec deuoluit alias sequereṫ absurdū: q̄ si post annū vel qnquēniū notificaret appellationem: artaret appellatum ⁊ deuolueret. Nec aūt tpis determinatō p̄cedit ab hac constitutione: de qua p̄di. doc. non cogitauerunt. Inter alia ergo substātialia vt deuoluat appellatio causas beneficiales ad curiā: de quib⁹. ȝ. e. c. i. ⁊ c. vt circa. li. vi. reqriṫ debita notificatio de qua hic loqtur ⁊ q̄ fiat ifra tp̄s hic expr̄ssū his ⁊ alijs cōcurrentibus sic deuoluitur: q̄ cōstituit absentē cōtumacē ⁊ p̄cediṫ i ipsi⁹ absentia p̄ncipali ēt ad diffinitiuā: ex quo nō venit infra tpa. Sz an sic constituat cōtumacē q̄ nō possit appellare a diffinitiua ꝯ se lata dubitari solet ⁊ compo. i p̄di. decre. i. e. ti. li. vj. in gl. qualiter p̄bationes i. v. q. tenet q̄ qn̄ citatio vel notificatio p̄sonaliter apprehēdit: sit vere cōtumax nec appellet: q n̄ vo facta fuit ad domū ecclesiā vel locuz publicuz: tūc sit ficte cōtumax ⁊ appellare possit: ⁊ fertur hāc opinionez multum vigere in curia. Aliquibus videtur q̄ satis ē in hoc cāu absentē puniri i p̄cessu ⁊ diffinitione cause: nō ē autez per hoc equum appellatione p̄uari: cum non sit expressum: ⁊ vide qd̄ dicā. j. de dolo ⁊ contu. si aū. supradicta p cedunt in his beneficialib⁹ de quibus locū hz hec decre. i. In his vero qb⁹ locum hz decre. cupientes planū q̄ nō punitur cōtumax soluz in p̄cessu: imo cadit ab omni suo iure: vt ibi.§. q̄ si. p. xx.

c ¶ Casibus: vt. j. de ap. c. i. j. de renū. c. vno. ȝ. de p̄cu. mādato ad idē. ȝ. vt li. nō cōtest. qn̄ in casibus teneṫ qs nō solum itimare: sed requirere. xvi. q. iiij. pla-

cuit.ij.§.de emp.⁊ ven.c.fi.§.de offi.ordi.si canonici.⁊.c.quãuis. de sen. exco. c.i.de sepul.c.i.li.vi.⁊.j.de sepul.dudũ.⁊.j.de here.c.i.cũ simili.In qbus etiã tutum est hunc ordinem obseruari.Sunt et quedam intimationes que fieri debẽt pape in quibus nõ puto quod hic dicitur locũ habere:vt.§.de pben.graue.§.metropolitani.de sta.mo.c.fi.§.qd si forsan.de cle.egro.c.vno.§.si aut.li.vi.⁊ in extrauã.boni.sancta romana.
⁊.j.de her.nolentes.ad fi.

Constitutionem. Consueuit.hic dicere. d. pe.ꝙ tex.huius cle.est difficilior aliquo alio huius voluminis adeo ꝙ nunquam legebat hanc decreta. ⁊ precedentem quin si bi darent laborez. Diuidit aũt in qnq; ptes:q: prima declarat decre.vt circa non habere locũ vbi exceptio que opponitur directe seu pncipaliter cõcernit ius opponentis vel ecclesie.in secũda ibi ceterũ declarat in casib⁹ exceptis i decre.vt circa non admittendũ eũ qui omisit debitaz specificationem circũstantiaꝝ.i tertia ibi:sane declarat appellationem factaz in cã beneficiali p eũ qui prosequit propriuz interesse omissa forma decre.ut circa alium volentez venire pro interesse communi:⁊ non appellantem non debere admitti contra appellatũ.in eadem causa prosequendo eosdem articulos lz possit assistere appellanti ne colludat et psequi suuz interesse si illud ptendat.in quarta ibi insuper declarat appellantez nõ seruata forma debita dec. vt circa non esse audiendũ p viam querele regulariter etiaz si illa appellatione nollet vti. i quinta ibi illius declarat omissionẽ forme decre.vt circa repellere omissionẽ fiendam ⁊ nõ viciare iam factas.Jo.de imo.Licet bonifacius aliqua declarauerit de qbus suo tpe dubitabatur circa decre.vt circa.vt.§.eo.is qui.⁊ q §.⁊.c.pcuratoꝝ.⁊.c.cõstitutio.lib.vi.post cum tamen noua dubia emerserunt que clemẽs hac sua constitutione declarat.Et principaliter approbat quod obscure no.archi. in decre.vt circa dicens ibi:ꝙ electus non tenebatur seruare illam cõstitutionem sed satis erat ꝙ in sua appellatione seruaret antiqua iura.

etiam si iurat illas didicisse de nouo:nec etiam in eadẽ cã super illis auditur alius nõ appellans ⁊ prosequẽs cõe nõ propriuz iteresse põt tamẽ assistere appellanti appellans qui nõ seruat formã:etiã si appellationi renunciat per viam querele ñ prosequitur obiecta:nec etiã alia nisi in casibus exceptis. Omissio forme lz appellantẽ a pbatione repellat:non tamen infirmat probationem super his legitime factam aduersarij confessione vel aliter. Aliquas opi.determinat:de quib⁹ dicam per partes.h.d.Jo.an.

Constitutiones vt circa[a] editã in concilio lugduñ.locum decernimus nõ habere:quando que opponuntur directe[b] respiciunt ius ecclesie[c] vel opponentis[d] persone sed[e] tantuz ibi per competitorem[f] vel oppositorem quemlibet appellantem[g] in formam aut personas[h] defectus[i] vel crimina opponũtur[k] Ceterum cuz circa crimina vel defectus debitam circunstantiarũ[l] specificationem predictus omittit appellans: non est postmodum in prosecutione negocij sup his[m] audiendus:etiam si circunstãtias huiusmodi vel probationes earum p iuramentum asserat ad se peruenisse de nouo[n]. Sane[o] si quis cuius interest[p] ab electione postulatione vel prouisione[q] duxerit appellandum opponendo crimina vel defectus:forma[r] dicte constitutionis omissa[s]:eodem[t] postmoduz appellationẽ huiusmodi psequẽte[u]: ali⁹ superueniens non appellans[x] ꝯtra appellatum in eadem[y] causa principaliter admitti non debet pro interesse cõi[z] eosdez articulos[⁊] prosequẽdo:lz appellanti possit assistere ne colludat[ꝯ]:non tamen ei propter hoc prosecutionez proprij[ꝝ] interẽ

a Ut circa.§.e.li.vi.⁊ ita restringas hanc declarationem ad illam decre.nam decre.i.⁊.decre.cupientes.e.ti.⁊ lib.non contingit hec declaratio.Nam ille locũ habent etiam si nõ appelletur propter crimina vel defectus:sed propter interesse proprium appellantis nec mireris.nam ille artant ad veniendum vel mittenduz infra certa tpa.decre.vt circa.ad exprimendũ ⁊ iurandum.

b Directe:semp.n.secundario vel indirecte contingit ecclesiam.

c Ecclesie:posset cõiungi ⁊ non cõiũgi verbuz opponentis quod sequitur:⁊ hoc intendit:ꝙ si ecclesia vel prelatus ipsius noie se opponit:puta dicendo hoc esse de re ecclesie illius ꝙ vocẽ habeat in electione.§.e.scriptuz.⁊.c.cõstitutis.⁊.c.cumana.de causa pos.cum ecclesia.vel ꝙ de ipsius gremio debeat eligi:vel ꝙ ad eaz spectat prouisio de ꝯsue.cum dilectus.de resti.in inte.c.ij.de ver.sig.abbate non erit locus forme decre.vt circa.Idem si loquitur de ecclesia ad quã facta ẽ electio postulatio vel prouisio:vt q: dicuntur facta pdicta ꝯ priuilegia ipsius ecclesie.§.de elec.ꝯsiderauim⁹ vel opponit de numero.§.de rescrip.cõstitutus.

d Opponentis:vt q: dicit bñficiũ ad se spectare vel sibi debitũ:vl ꝙ ipse habet prouidere forte iure ad ipsum solum deuoluto:vel ꝙ fuit cõtemptus:vel q: ẽ cãonice electus:his ⁊ similibus casibus in appellatione nõ ẽ necesse seruare constitutionem vt circa.Percipi dubitatum in curia in hoc casu scripserat papa mihi puidere de beneficio in certa dioc.qd nõ excedat valorem.l.florenorũ:vel si de loco sim oriundus:pro ticio scripsit simpliciter.secundo ꝙ sibi prouideret i eadem dioce.vt de vacanti vel primo vacaturo:post hoc vacante beneficio in diocesi:facio mihi per meũ executorem illud cõferri:ticius etiã facit sibi idem bñficiũ p suos executores cõferri:⁊ appellat a puisione mihi facta:⁊ pcessibus executoꝝ meoruz dicens ꝙ bñficiũ excedat summã taxatã:vel ꝙ nõ sum de diocesi oriũdus:dubitatur an decre.vt circa.in appellatione seruari debuerit:videt ꝙ non: per hoc principium:quasi appellatio fundetur super iure appellantis:nõ super defectib⁹ vel criminibus.Contrarium videtur q: vtroq; casu opponitur cõtra formaz prouisionis:⁊ nõ solum contra electionem circa quam statute sunt forme cõci.q: pp eo.ti.sed etiam ꝯ puisionez cadit obiectus in formaz:vt patet i littera ipsi⁹ decre. vt circa.Item secundus obiectus satis est in personã vt defectiua dicatur ex loco originis:quo ad illud beneficium:⁊ lz illud procedat a rescripto satis tamẽ ꝯuenit iuri cõi:facit quod no.de rescrip.si pponente.in glo.fi.

e Sed: repete decernimus locũ habere tantũ.⁊c.

f Competitorem:eiusdem dignitatis vel beneficij cuiuscunq;:⁊ cõiunge appellantem qd sequitur.

g Appellantẽ.non dicit ad se.apo.vel ad nos.vt.§.c.pri.quod facit pro opi. quã tenui in decre.vt circa in glo.ad papã:tamẽ certũ est ꝙ solũ in extraiudicialib⁹ appellationibus hoc locũ habet.§.e.cõstitutio.li.vi.

h Personas:digentium vel electi prouidẽtium vl prouisi: postulãtiuz vel postulati:ideo vtitur plurali:ad hoc.j.§.fi.⁊ que possint in his opponi:notaui in decre.vt circa.

i Defectus:respicit formam ⁊ personas:sed quod sequit crimina: respicit personas.

k Opponuntur:satis notabunt h verba ipsius cõstitutionis ibi dum dicebat:se opponũt pponendo aliqua ⁊c. vtilissimuz tñ fuit hoc declarari.

l Circunstantiarũ:approbat hec lra qd no. in decre.vt circa in glo. qd ergo ⁊ in decre. pcuratoꝝ.eo.ti.lib.vi.s.ꝙ non sufficiat opponere periuriũ vl homicidiuz:nisi fiat illorũ expssio: sic alibi debẽt exprimi circunstantie de cle.egro.c.vno. li.vi.

m Sup his.s. sup quibus omisit debitam specificationez:ac si dicat ꝙ qdam plene specificauit: quedã nõ:⁊ legitime iurauit : super specificatis audiet.sup alijs non etiã si vult iurare ꝙ circunstãtias seu pbationes ipsaꝝ de nouo pcepit:vt seqt.

n De nouo: videbatur ꝯriũ per decre.vt circa vbi sup nõ oppositis audit appellans cum iuramẽto ꝙ illa de nouo peruenerint ad ipsius noticiã.ergo idẽ videbatur de circunstãtijs ñ sufficiẽter expssis lz ꝯriũ h determinat:q: vbi nõ oppono qd ignoro vl qd scio:lz nõ credo me posse pbare ꝙ h nullũ vitiũ est:iustũ:est ergo vt postmoduz admittar cum iuramento vt ibi lz vbi oppono ⁊ circunstantias nõ exprimo: h vitiũ ẽ:q: nõ debite oppono.Itez q: nõ vr iuramẽtũ posse defendi:quo iuraui me posse credere pbare:ex quo nũc dico me nouiter circunstãtias vl pbationes pcepisse:ergo merito h aliud ꝙ alibi:⁊ sic no.qd dicere soleo:de confir.vti.vl inu.hõe.q: iterdũ expedienti⁹ est in totũ veritatẽ tacere ꝙ nõ pfecte dicere.Jo.an.

o Sane:determĩat aliqualiter no.p Compo.§.e.c.i.li.vi.i glo.vñ merito.§.sed ad qd admittetur.

p Interest.de hoc interesse no.in decre.vt circa.

q Prouisione:fcã vel facienda:qd dic vt.§.eodẽ.q ꝯ certã.li. vi.

r Forma.specificationis de q pmisit. s Omissa:in quibusdam.

t Eodẽ.s.appellante:⁊ idẽ in adherẽte:p decre.vt circa.§.aliogn.

u Prosequente:quo ad illa i qb⁹ fuauit cõstitutionẽ vel in qbus ꝯstitutio ñ artabat.vt.§.i.rñ.certũ est.n.ꝙ si aliqua sufficienter expssit aliq nõ: quo ad expressa tenet appellatio dũmõ i alijs ꝯstitutionẽ seruauerit.

x Nõ appellans:nec etiã adherens:vt sit fortius dubiũ:lz lra sequens q dicit ꝙ põt assistere videtur ꝯria:sed illud pp interesse.

y Eadẽ cã:ergo in alia poterit:hoc verũ pviã actiõis:⁊ sic non fuit de adherentib⁹ vt dicã.j.c.pri.§.⁊ si dicas qd pficit hec appellatio: dic ꝙ multũ.q: succũbet appellans in istãtia:⁊ puniet i expẽsis ⁊ penis decre.i.§.c. li.vi.⁊ fiet executio ꝯ ipm.itẽ forsan ille terti⁹ postea non aget vl agens ex aliquo capite forsan repelleretur.Jo.an. z Cõi.s.qñ:⁊ i his psequtur ius vl interesse eccl'ie vl cõe sui ⁊ appellantis:vt cuz dr criminosus is q est electus vl puisus vl defectuosus: vl electio vel puisio fcã p euz q ñ potuit pp crimia vel defect⁹:vl fcã puisio p lras surrepticias ul his silia.

⁊ Articulos.s.non specificatos:⁊ h voluit.§.aliogn i decre.vt circa quo ad appellãtez ⁊ adherẽtes:sed ista latius loqt.⁊ lz pma facie videretur iniquũ ꝙ vn⁹ psequi nõ possit id a quo repellit alter pp ieptitudinẽ ppositionis uel defectum pponentis.⁊.fa.ij.q.i.phibetur.⁊.q.ult.libellorum.in fi.§.de accusatio.ueniens.ff.de accu.l.hi tamẽ.in fi.⁊.l.iiij.in fi.vbi no. de accusatore repulso pp ieptitudinem libelli.⁊ hñ fa.ff.de adul.si marit⁹ .ii.in fi.de li.ho.exhi.l.iij.§.hoc iterdictũ.Item lz graue uideat ꝙ negligentia uel culpa unius male exprimẽtis noceat ecclesie ⁊ oibus alijs habẽtibus equale iteresse.de reg.iur.delictum ⁊ regula nõ dz aliqs.li.vi.tñ fateri oportet h equũ:q: alias iutilis fuisset quo ad hoc ⁊ derisoria puisio decre.ut circa si appellans possit submittere pedagogũ:q sibi assistens i cadẽ cã.ut dicit tex.clare formaret ⁊ exprimeret p eũ male formata ⁊ insufficiẽter expssa.Ad ꝯria rñdet ꝙ loquũtur in alia cã uel instãtia.Itẽ iputet sibi q a pncipio nõ appellauit.Itẽ q: i uia nullitatis illi non deficit de ap. concertationi.lib.vi.⁊ prosecutio proprij iterẽ ut seqtur.

ꝯ Ne colludat.s.sup expssis i qb⁹ fuit forma fuata:⁊ ẽ si.de procur.c.ij. i fi.li.vi.Et ꝙ psit sic ad esse.ibi no.l ulti.gl.⁊.ff.de iof.test.si suspecta.

ꝝ Proprij:si dicat pp qd etiaz fuit appellatum:planum est etiaz si nõ

fuerit forma seruata: vt l. i. rñ. vel intelligit de prosecutione quam facit p querelam. Et no. ꝙ ẽt publica vel popularis actio habet ẽt qñqȝ priuatuȝ interesse. ff. de sepul. vio. l. iij. §. si ad plures. de procur. lȝ ĩ popularibus. in prin. cum suis concor.

a ¶ Insup. ad huius. §. intellectum ꝛ precedentis ꝛ sequentis etiã scire de bes qḋ Compost. no. s. eo. c. i. li. vi. i glo. quarit vtraqȝ ꝙ lapsis tpibus illi⁹ decretal. i. ps appel lans q̃ ĩfra tpa illi⁹ decr. nõ fuit appellationẽ ꝓse cuta: põt electionẽ vel ꝓ uisionẽ ĩpugnare p mo dũ q̃rele ex eisdẽ cãsis ex q̃b⁹ appellauit vl' ex aliis q̄ tpa illius ꝯstõnis nõ statuitur: vt post illud su per illis vel aliis nõ au diat appellans: sicut dr̃ in iudicialibus appella tionibus. de ap. cum sit romana. ꝛ sicut dr̃ in de cretali. cupientes. ꝛ vide quod ibi no. in. §. si vero in glo. ĩ. idem. sed statui tur ad hoc vt post illud tẽpus ꝓcedi possit partis absentia non obstante. Item scias ꝙ forma de cre. vt circa. quo ad illa obiecta in quibus requi tur ipsa forma duplex ẽ. Una ꝙ in appellatione oĩa ꝛ singula exprimant in instrũ publico seu lr̃is ꝛc. Scḋa ꝙ super obie ctis debito modo iuret si prima forma fuat: sȝ secunda nõ: q: nõ iuratur: vel nõ debito modo nõ auditur appellans etiã super expressis. s. eodem titu. is qui lib. vi. Si vero seruetur forma secun da: quia debito modo iuratur: sed nõ prima: q: non debito modo exprimi tur: tunc aut nihil exprimitur aut aliquid exprimitur debito modo aliquid non. primo casu non auditur appellans: nisi in casibus exceptis in decre ta. vt circa. in. §. nisi in fi. Secundo casu auditur super expressis. Iteȝ in predictis casibus exceptis: sed super obiectis non specificatis non etiam si velit iurare ꝙ circũstantias de nouo percepit. vt. s. ij. respõ. hec vera quo ad illa obiecta in quibus forma requiritur ꝛ artat constitutio. Si vero ꝓ pter aliqua appellat in quibus artat constitutio: ꝛ propter aliqua in quib⁹ non artat. vt supra primo responso tunc licet neutra forma seruetur: audi tur appellans illa prosequens: que constitutio non respicit. his visis pro sequor litteram.

denegamus. ¶ Insuper[a] si appel lans[b] ab electione postulatione uel prouisione per viam querele[c] sim plicis causam agat[d]: vel eam ap pellato agẽte defendat: repellitur[e] ab obiectib⁹ in appellatiõe sua ex pressis[f] ꝛ aliis[g]: nisi constiterit ipm formam seruasse predictaȝ preter quam[h] in casibus in constitutione premissa exceptis: etiaȝ si appella tionem suam prosequatur: nec ex hibeat: ꝛ illa se asserat nolle[i] vti: dum tamen de ipsa[k] coram iudice[l] fiat fides[m]: quia per ipsam ius re pellendi eundeȝ aduersario ẽ que situm[n]. ¶ Illius vero constitu tionis forme[o] omissio lȝ appellan tem ab obiectibus in formam ele ctionis vel personas eligentiũ uel electi propositis vel proponendis ꝛ eorum facienda probatiõe repel lat: probatione tamen facta super his per aduersarij confessionem: vel alias legitime[p] non infirmat[q].

I Idem.

¶ Sine speciali licentia pape nul lus prouidere potest ecclesie cathe drali clero carenti ꝛ populo christi ano. Religiosus per prelatum licẽ tiari non debet: vt tali prouisio ni consentiat: consentiens etiam si fuerit ꝯsecratus priori prelato sub iacet: nec in episcopum recipitur: nec ad aliquem honorem promo uetur que contra fierẽt irrita decer nit. Joannes andree.

In plerisqȝ ecclesiis nedum quod dolentes[r] referim⁹ pre sidio[s] facultatuȝ priuatis: sed ꝛ cle ro carẽtib⁹ ꝛ populo[t] xpiano[v] mul tos frequenter ꝛ religiosos[x] prefer tim improuida superiorum[y] proui sio ad pontificatus assumit hono rem qui nec vt expediret prodesse: nec preesse vt deceret[z] volẽtes: ista bilitate vagationis[ꝛ] ꝛ mẽdicitatis opprobrio[ꝯ] serenitatem[ꝫ] põtifica lis obnubilãt[ꝫ] dignitatis. ¶ Volẽ

k ¶ De ipsa appellatiõe in qua nõ fuit forma seruata vel illoꝝ expressio facta.

l ¶ Judice. coram quo per viam querele simpliciter agitur causa.

m ¶ Fides plena. nec sufficeret illa semiplena de qua no. Cõpo. in. c. i. s. eo. lib. vi. l. glo. qḋ si papa. vbi dicit per vnũ testẽ ꝛ lr̃as quas ꝓcurator absentis õ cui⁹ ꝓcuratorio ꝯstat: vult ĩpetrare super appellatiõe ꝓbari appellatuȝ illud. n. locuȝ habet quo ad processum ĩ par tis absentia faciendũ: ꝛ quo ad probationem deuolutionis: sȝ hic loquitur de pena repulsiõis vt statim sequitur. Item illud coraȝ iudice appellationis hoc coram iudice querele. Item ibi dem de probatione appellatio nis: hic necesse est probare for mam appellationis: vides aũt per hoc quomodo expedit ap pellato ꝙ sibi ĩ forma publica appellatio intimetur. s. eo. ca. priori.

n ¶ Quesitum. optime cõcor. s. eo. ab eo. lib. vj. ꝛ cum hoc respiciat fauorem appellati: eo patiente bene procederet obie ctio: ad hoc. ĩ. §. priori. nõ sic ĩ casu illi⁹ decre. ab eo. vt ibi no. in vltima glo.

o ¶ Forme. si intelligas de for ma iuramenti: planuȝ est: si de forma expressionis. idem cuȝ di stinctione quam scripsi. s. §. ꝓ xi. in pñ. hoc dico quo ad repul sionem de qua sequitur.

p ¶ Legitime. si ẽ inuito appel lato fieret probationũ receptio super articulis super quibus re cipi nõ debebat hoc sibi nõ no cet: ꝯsueuerunt articuli admitti saluo iure ĩpertinentiũ. ꝛ non admittẽdoꝝ. de quo scripsi de of. dele. cũ ꝯtigat. sup glo. pe. de testi. ex pte.

q ¶ Non infirmat. bene ꝯcor. de acc. c. i. ꝛ. ij. li. vi. ꝛ facit qḋ no. s. eo. si forte li. vj. in. v. glo.

In plerisqȝ. Sunt tres partes. In ꝑma ꝯstõnis causa. In scḋa ꝯstõ. In tertia ꝓtestatio. Scḋa pars quã sũmauit q̃ttuor facit. Primo ꝓhibet ꝓui sionẽ fieri. Scḋo lñtiaȝ dari. Tertio punit ꝯsentiẽtẽ. Quarto decernit. ptes pa tẽt: ꝛ sũme fuit honestũ qḋ hic dr̃.

r ¶ Dolentes. ꝯcor. s. õ cele. mis. dolen tes. s. de sta. mo. recolẽtes. ĩ. eo. ti. attendentes. ꝛ de censi. ad nostrã. in prin.

s ¶ Presidio. i. subsidio: sine quo spãlia diu eẽ nõ pñt. i. q. iij. si qs obiecerit.

t ¶ Et pplo. certuȝ ẽ ꝙ clerus ꝛ ppl's sunt diuersa. õ puil. ex pte. õ sen. exc. si snĩa li. vi. qḋ si hȝ alteruȝ tñ: hic ꝛ. ĩ. eo. c. ponit copula: p quod vr̃ ꝙ carere debeat vtroqȝ. Pñs aũt alteꝝ nõ caret vtroqȝ: ꝛ sic nõ vr̃ artare ꝯstõ: viḋ sic: habens codicẽ nõ includit sub carentib⁹ decreto ꝛ codice: ꝛ habens paneȝ non includitur sub carentibus pane ꝛ vino: ꝛ hñs argentuȝ nõ includit sub carentibus auro et argẽto: ita non icludat ecclesia hñs clerũ vl' pplm sub carentib⁹ clero ꝛ pplo: als nõ eẽt diuersuȝ dicere clero ꝛ pplo: ꝛ dicere clero vel pplo: ꝛ eẽt hoc incidere ĩ ipro prietatẽ locutionis sumendo copulã pro disiũctiua: que iproprietates excusande sunt nõ sequende. vt no. de vb. si. ꝓterea. pro hoc facit: q: foret absurdũ ꝙ illi cle ro vel pplo queȝ hȝ ecclesia subtraheret eps: ꝛ hoc multuȝ vrget. Contra: carere ẽ nõ hr̃e: sed si dixisset si nõ hẽbat: uel nisi hẽat deruȝ ꝛ pplm: pp copulã requiri tur ꝙ hẽat vtrũqȝ: ergo si hȝ alterũ tñ artat ꝯstõ: ꝛ idẽ in ꝑdictis exẽplis si dicat si nõ hẽat vl' nisi hẽat decretũ ꝛ codicẽ. reqrit ꝙ hẽat vtrũqȝ. Itẽ cũ dr̃ si nõ hẽat panem ꝛ vinum argentũ ꝛ aurũ ꝛ in similibus: ut cuȝ dr̃ nullus eligat nisi hẽat vel si non hẽat etatẽ sciam ꝛ mores singula requirunt vt. s. eo. cum in cunctis. Iteȝ si dicat si careat scĩa moribus ꝛ etate. facit de eta. ꝛ qua. cã te. Pro vtraqȝ parte posset induci. ff. de reb. du. si is qui ducenta. §. verum: egeret declaratione sed primum plus placet.

u ¶ Christiano. talia loca que sunt ĩ ptãte hostiuȝ nõ desinunt esse sacra. ad. l. cũ loca. ff. de reli. ꝛ sum. fu. rñde vt no. vij. q. i. pastoralis. in fi. nõ putes tñ ꝙ sit ne cessariũ ꝙ locus sit capt⁹ ab hostibus: satis. n. ẽ ꝙ clero careat ꝛ subditis xpianis ꝑ vba huius decre. lȝ non sit ĩ hostium ptãte.

x ¶ Religiosos. qui laborant ad hoc ẽt interduȝ ĩportune ꝛ p corruptelas: ut dice re possit cuȝ psalmista. Laqueus cõtricus ẽ ꝛc. ps. Nisi q: dñs erat. Uidi iaȝ re ligiosum consecratum ad ti. q non erat in rerum natura: nec fuerat quod patere posset per prouinciale.

y ¶ Superioꝝ. ad quos spectet quouis iure ꝓuisi. ꝛ maxime quattuor pricipales patriarche ꝛ qdam archiepi qui sub eis sunt: ꝯsueuerant hoc facere.

z ¶ Deceret. viij. q. i. qui episcopatum.

ꝛ ¶ Uagationis. cõsueuerunt tales discurrere ꝛ vicarias epõ q̃rere maxime habẽ tium dioc. latas interdum pncipibus adherere familiariter q cã honoris q̃runt habere capellanos epos.

ꝯ ¶ Opprobrio. neduȝ ĩ epõ sȝ in quolibet clerico. xxiij. di. diaconi vlti.

ꝫ ¶ Serenitateȝ. als temeritatẽ. de. q̃. ĩ. de penis. si qs suadẽte. circa. fi. Jo. an.

ꝫ ¶ Obnubilãt. saltẽ quo ad vulg⁹. õ hoc. xxiij. di. legimus. fa. s. de priuil. ca. i.

b ¶ Appellãs. vel adherẽs: qr de vtroqȝ loqtur decre. vt circa. ver. alio quin. Alter ergo qui nec appellãs esset nec adherẽs bene admitteret: cuȝ cesset in eo ratio posita in fi. huius. §.

c ¶ Querele. simplicis: nũqd ergo reprobat opinio Cõpostel. de qua di xi in prin. huius partis: dic ꝙ non: ipse. n. non fuit locutus õ pena decre. vt circa. quam ẽt nõ vidit: sed de pena decre. prime que hoc solũ habet: ꝙ post tpa ibi statutum ꝓcedit in partis absñtia: sed decre. vt circa. imponit penam non seruanti formã iurando ꝙ nõ audit: etiã sup expssis nõ seruã ti in exprimẽdo ꝙ nõ põt obiicere non expressa simpliciter: ergo in penam obiiciendo repulsus nec per viaȝ querele possit obiicere: ꝛ hoc vult iste. §. sed punitur solum in ꝓcessu fiendo in ei⁹ absentia: ꝛ per appellationẽ pro sequi potest obiecta in eo statu in quo causam inuenit: ergo ꝛ p q̃relã: ꝛ sic verum sit dictum Compo. cum ergo diuerse sint culpe: nõ mirũ si diuer se sint pene: ꝛ si. quod no. s. eo. cumana. in vlti. glo.

d ¶ Agat. fac. ꝛ de ap. cõcertationi. li. vi. ꝛ quod no. post Inno. Hostiẽ. de appella. dilecto.

e ¶ Repellit. instante appellato: vt dicam in fi. huius partis.

f ¶ Expressis. si intelligas singulariter ꝛ clare: tunc exponas quod sequit formam seruasse predictam. s. in iurando: cũ eniȝ nõ iurans nõ videatur etiam super expressis per viam appellationis: ergo nec per viaȝ querele. de regu. iur. cum quid. li. vi.

g ¶ Aliis. non expressis.

h ¶ Preterquam. excipit a verbo aliis: ꝛ est sensus: appellans q formaȝ nõ seruauit in exprimẽdo audit super nouiter emergẽtibus: vel ad noticiã ꝑuenientibus: vel super quibus superuenit probandi facultas: illis ergo casibus nõ excludet eciam per viam querele.

i ¶ Nolle vti. videns enim appellans ꝙ formam nõ seruauerat õ cõsilio aduocati cellat appellationem: vel dicit ꝙ illa non vult vti: vt cãm p viã querele ꝓsequi possit. Et facit hec lr̃a ad q̄nem: an inuito ĩpetrante is cõ tra quem impetratuȝ est possit vti rescripto: de qua satis scripsi post Inn. ꝛ Hostien. de resti. spo. ex conquestione.

tes igitur contra temeritatem tam facientium quã vt frequentius recipientium prouisionis huiusmodi prouidere: de consilio fratrum nostrorum statuimus: vt nullus decetero quãtacunqꝫ[a] dignitate prepollens nisi speciali[b] super hoc auctoritate sedis apostolice fulciatur: de pastore[c] prouideat cathedrali[d] ecclesie sibi qualitercunqꝫ[e] subiecte: que clero careat ⁊ subditis christianis[f]: nullusqꝫ religiosus a suo unquam ꝙ prouisioni tali consentiat licentietur prelato[g]: ꝙ si licentiatus[h] etiam huiusmodi prouisioni consenserit: ⁊ in episcopum[i] sefecerit: aut permiserit[k] consecrari: in episcopali nullatenus recipiaf honore[l]: sed in tante ambitionis penaꝫ sub religionis ac monasterij[m] sui prelato[n] semper sic degat humilis: iaceatqꝫ prostratus[o]: ꝙ nullus eidem in religione sua vel extra ad gradum honoris vel administrationis cuiuslibet[p] sit ascensus. ¶ Nos enim quicquid cõtra premissa vel aliquod[q] premissorum contigerit attentari: irritum esse decernimus ⁊ inane: contraria quacunque consuetudine non obstante[r]. ¶ Sane circa prefatas[s] ecclesias premissa sic specialiter prouidẽda decernimus: ꝙ circa prouisionem quarumlibet aliarum[t] facultatũ superiorum: nec coartare intẽdimus: nec vltra iuris communis limites ampliare[u]. I. Idem.

¶ Breue ⁊ vtile determinans decret. quorundam supra eodem libro. vi. ⁊ approbans quod ibi no. Jo. mo. ⁊ archi. ⁊ quod no. supra eodem ti. indẽnitatibus. §. sane. in iiij. glo. Jo. an.

Quod circa religiosorum electiones[x] super discordia[y] et minoritate[z] numeri bonifaciana constitutione[⁊] cauetur: de discordia ⁊ numeri minoritate que[ꝯ] in facto non in fictione uel iuris effectu consistunt debere intelligi declaramus[ꝝ]. I. Idem.

¶ Emolumentum ex iurisdictione sigillo curie vel alias ptinẽs ad prelatum cathedralis ecclesie vel collegiate: ea vacante non obstãte cõsuetudine deductis expensis reseruandum est successori: nisi tunc certe dignitati ꝯpetat iurisdictõ cũ ipsius emolumẽto. Jo. an.

Statutum super bonis a prelatis cathedraliũ regulariuꝫ

a ¶ Quantacunqꝫ. ppter patriarchas hoc dicit vt predixi.
b ¶ Speciali. si ergo haberet generalem auctoritatẽ puidendi epatib⁹ spectãtib⁹ ad prouisionem papalem: nõ sufficit per hanc litteram.
c ¶ De pastore. vtitur hic vocabulo generali: vt archiepos epos ⁊ etiaꝫ patriarchas cõprehendat: alibi latius. s. e. ne pro defectu. de regu. iur. quãuis.
d ¶ Cathedrali. in alijs locum non habet: vt in fi.
e ¶ Qualitercũqꝫ. non distinguit: ergo siue plene subsit: siue quo ad puisionẽ tm̃.
f ¶ Christianis. circa. iiij. pf'iarchales sedes pricipales quandiu sunt in ptãte ĩfidelium vel scismaticorum prouidit bonifaci. in sua extrauagãti. sancta romana.
g ¶ Prelato. qui cõtrafaciens puniendus esset pena arbitraria: ex quo circa ipsum certa hic non statuitur de offi. deleg. de causis.
h ¶ Licentiatus etiam. ergo ⁊ habita licentia consentire non põt: cõcor. s. eo. quorundaꝫ. §. i. in fi. lib. vi.
i ¶ Et in epm. no. ꝙ ex solo cõsensu nõ est locus penis inferioribus. sed tunc demum cum sequitur consecratio: hoc probat hec copula.
k ¶ Permiserit. i. absolute coacto cessaret pena. s. qõ me. cã sacris. nec ĩprimeref character. s. de baptis. maiores.
l ¶ Honore. q: nõ admittetur quo ad executionem pontificalis officij: nec pmittef pontificalibus insignijs vti. ⁊ sic minus poterit ꝙ alter eps nullius ecclesie. de ordi. ab epi. c. i.
m ¶ Monasterij. includit etiaꝫ canoniam regularem. de eta. ⁊ qua. intelleximus. de ṕui. cuꝫ olim. ij. in prin. ⁊ p hanc lr̃am patet hanc penam solum in religiosis locum habere.
n ¶ Prelato. ergo per talen promotionem non fuit soluta obedientia. secus si prouisio tenuisset. xviij. q. i. c. uno xvi. q. i. ne pro cuiuslibet.
o ¶ Prostratus. cõcor. de deci. quãuis sit. in fi.
p ¶ Cuiuslibet. ꝯcor. ſ. de regula. c. i. s. vt pfessores. ⁊ p hoc excludit ẽt tpales.
q ¶ Vel aliquod. igitur puisio de tali ecclesia facta nõ valet: nec licẽtia cõsentiendi religioso data: vel ipsius cõsensus vel consecratio subsecuta quo ad ipsi⁹ executionem: non dico quo ad characterẽ. facit quod no. s. de cõ. di. v. manus in vlt. glo. ⁊ facit quod dixi. s. de ꝯsue. quanto. sup. i. glo. Iteꝫ nec valet promotio facta de tali ꝯ proximum dictum.
r ¶ Nõ obstante. multa simĩa vide de ꝯsti. c. i. li. vi. in glo. pe. ⁊ ꝯcor. ſ. e. statutũ.
s ¶ Prefatas. cathedrales clero carentes ⁊ populo christiano.
t ¶ Aliarum. nõ cathedralium vel etiaꝫ cathedralium habentium clerum ⁊ populum christianum.
u ¶ Ampliare. simile de innouatione d' ꝙ ius vetus conseruat: nouum aũt nõ creat. de priui. ex parte. i. in fi. ⁊. c. q: ĩtentionis: ⁊ optime cõuenit huic fini extraua. de. que incipit meruit. Jo. an.
x Quod circa. Electiones: passiuas: nam ꝯstõ hic declarata loquitur qñ religiosi eligunf. qcũqꝫ sũt eligẽtes religiosi vel alij. Et dic electiões postulationes prouisiones vel quaslibet vocationes: vt ibi.
y ¶ Discordia. hoc quo ad mẽdicantes circa quos prouisum est ꝙ electione in discordia facta de ipsis extra administrationes sui ordinis nullum ius eis acquiratur nec audeant consentire.
z ¶ Minoritate. hoc quo ad religiosos nõ mendicãtes: circa quos statutum fuit idẽ circa electiones factas de ipsis ad quascũqꝫ plationes a minori.
⁊ ¶ Constitutione. s. eo. quorũdam. ⁊ patet per singulare quod nõ loquitur de decre. indemnitatibus. Item illa non tractat solũ de discordia ⁊ minoritate numeri immo tractat in forma scrutinij: ⁊ compromissi de numero duplo maiori. Item maiori nõ duplo maiori. Item minori: sed illa quorũdã solum tractat de electione discordi ⁊ facta p minoreꝫ partem numero: fateor tamen ab indẽnitate rõnis hoc quod d' etiaꝫ in numero de quo loquitur decre. indemnitatib⁹ locum habere: ⁊ saltem quo ad. §. si qua vero.
ꝯ ¶ Que in facto nõ in fictione: hoc intendit. Si ex. x. electoribus. viij. elegerunt mendicãtem: duo alium: vel ꝯdicunt: sed ꝯ istos duos aliquid opponitur propter qõ negatur ipsos voceꝫ habuisse: vt q: dicuntur excõmunicati suspensi irregulares: puuati ea vice potestate eligendi vl' his similes: ppter quod d' totum capitulum eligentium in illis octo consistere: ⁊ per consequens electionem fugi concordem: hoc nõ iuuat mendicantem. Item si ex. x. canonicis vl' monachis quattuor tantum elegerunt religiosum nõ mendicantem: qui dicit illos sex vel tres ex illis fuisse tales vt supra: per quod ꝯcludit fingi electionem suam factam a toto capitulo vel a maiori parte hoc eum non iuuat vide quod no. de concessio. preben. auctoritate. libro. sexto. in ultima glo. Sed quero si ita est ꝙ voces in iuris effectu alias non valentes: vt excommunicatoruꝫ ⁊ his similium computantur in numero. quo ad hoc vt reliqua electio dicaf discors vel facta per minorem partem: an predictoruꝫ voces augeant etiam numerum ⁊ suffragium: in tantum ꝙ ex illis vocib⁹ sequi posset confirmatio: que alias fieri non posset illis exclusis: ut patere potest in predictis terminis de electo p. vi. d. x. qui. vi. omnes uel tres ex eis sũt excommunicati vel similes. Aperte dico ꝙ non quo ad casus decre. quorundam. quia in qualibet predictorum casuuꝫ constitutis solum nocet: quia scilicet impedit mẽdicantem ⁊ non mendicanteꝫ quemlibet suo casu: sed coelectum non iuuat. nec hoc colligi potest ex verbis vel mente ꝯstitutionis ipsius. Nõ enim hoc ipso ꝙ non valet electio mendicantis facta in discordia valet electio coelecti aĩs sequeretur ꝙ si ex. xx. canonĩ. xviij. elegerunt mẽdicanteꝫ: valeret electio facta per duos. Iteꝫ nec sequitur ꝙ si ex. xx. electoribus nouem elegerunt professum: ꝙ per hoc ualeat electio facta per. xi. vt patet. s. eo. scriptum. ad fi. ⁊. c. indemnitatibus. §. si vero. ⁊. §. si qua. quod ergo non mutatur ⁊c. C. de testa. sancimus nec correctiones iurium dilatamus. s. eo. cum expediat. li. vi. Sed in casu decre. indemnitatibus. videtur secus quo ad electum per scrutinium a duplo maiori numero a principio: vel per accessum debito modo factum vel p cõpromissum: cui minor pars se opponit: cuius cõfirmationeꝫ exceptio partis aduerse impedire nõ põt: sic ⁊ erit in hoc simile electioni cardinalium vt vtrobiqꝫ voces talium suffragium afferant: ⁊ computentur in numero duarum partiuꝫ: vt i constituti. cle. s. eo. ne romani. §. ceterum. ⁊ satis credo ꝙ hoc fuit de mente. Sed tenẽs cõtrariũ dicere potest ꝙ illa decre. dicit etiam eo casu officium confirmatoris nõ deficere: hoc ergo venit in examine electionis: an ex vocibus eligentiuꝫ sit canonica. Sed si h littera ibi in. §. sane que dicit si alias inuenta fuerit ⁊c. itelligatur alias. s. quam consideratione numeri faciet pro primo dicto: quando vero electa est a maiori parte sed non duplo maiori: tunc cum admittantur partis minoris exceptiones licet summarie cognoscende: videtur ꝙ licet non quo ad administrationẽ impediendam: tamen quo ad electionem cassandam hec obijci poterunt: ⁊ in his etiam expediret declaratio: ⁊ etiam circa voces absentium non vocandorum vel vocatorum qui venire noluerunt: vel expresse renunciauerunt. quas computari sonat in absurdum licet hoc videatur ex fictione. Item de non constitutis in sacris in collegijs marium communiter tenetur per decre. ij. ſ. de etate ⁊ qualita. ꝙ illoruꝫ ratio vel computatio non habeatur sicut nec haberetur illorum qui canonici vel professi non essent: quasi sit mens huius ꝙ alias vocem habens ex fictione non excludatur a numero: talis autem vocem non habet licet iure nouo. Unde idem videtur de absente non vocando vel vocato qui venire noluit: vt predixi: vnde nec in duabus partibus cardinalium eligentium papam computamus excommunicatos: vt in predicta decreta. ne romani. §. ceterum. primum patet eodem titu. vbi periculum. §. sane. libro sexto.
ꝝ ¶ Declaramus. idem fertur olim bonifa. declarasse: vt dixi in decreta. indemnitatibus. §. sane.

Statutum. Ponit dictum cum certa determinatione. secunda ab illo excipit ibi. Ceterum. Reprobat quod nota. supra eodem quia se pe. libro sexto. approbat quod ibi notat archidiacono. de quo statuto hic loquitur.

a ¶ Collegiatay: in alijs enim nõ habet locũ decre. qz sepe. sed decre. presenti. de offi. ordi. co. lib. de qua fit extensio. j. ti. ij. qz in. fi.

b ¶ Dimissis: per hoc pbabat ibi archi. qp decre. loquitur de bonis prelati districtis: non de cõibus prelato. ⁊. capso: alle. rij. q. ij. hec huius. ⁊. c. non liceat. ⁊. c. charitatem. ⁊. c. illud. ⁊. ca. de laicis. ⁊. q. v. sicubi. facit. s. nese. va. c. vno. li. vi. de reg. c. vlti. e. li. sz littera alias vndecũqz que hic sequitur multum facit s.

c ¶ Reseruandis: nec occupandis p collegiatis quẽ capitula vel singulares personas ipsorum circa quod principalier p nidet ista constitutio. per quẽ aũt fiat reseruanda: ibi diri per iconomũ vel per alium deputatum.

d ¶ Declaramus: h patet qõ reprobat nõ corrigit opinionem meam: quia non statuit hoc esse de iure nouo: sed declarat hoc fuisse de veteri. ⁊ approbat opi. Archi. Sed videamus motiua mihi prius videbatur qp er quo iurisditio transfertur in capitulũ iure cõi. qp omnis fructus iurisditionis iure accessorij capitulo deberetur. sz Archidiaco. contra propter verbum ibi positum vacationis tẽpore obuenientia. Item vt dicebat capitulum habet custodiam: ⁊ administrat nõ suo sed alieno nomine. vsurpare igitur nõ debet quod decet custodire: vt dicebat bonifa. sic declarasse cum vltimo legi sertum: diri quod non recederem ab opinione mea: nisi declarationem viderem. Ad verbum obuenientia. respondebam per relatuum que: vt ibi no. Ad id quod dicit de custodia respondebam qp in iurisditione non succedat quo ad custodiam tantum: immo quo ad exercitum: alias sequereturqp visitando non posset procurationem recipere de qua dicam. j. de here. multorum. Stemus declarationi que iustificari potest ex eo quod ibi notaui in princi. glo. cum enim canonici videntes fructus ibi deberi vacationem prolixam forte procurent: difficultates ingerant ⁊ tardius eligant: qz propter fructus iurisditionis vel sigilli si eos paperent hoc contingere posset: merito ⁊ hi censeantur esse prohibiti.

e ¶ Emolumento: idem verbum de simo. nemo in principio. de testibus. c. i. libro. vi.

f ¶ Ex iurisditione: ex qua soluuntur officio pene pecuniarie vel emende ꝯ offi. ordi. dilectus. facit de sentẽ. excõmunica. venerabilibus. §. deniqz li. vi. ⁊ quod no. de pesi. licet forsan. etiam loquitur de quota litis que de cõsuetudine deberi potest fm guil. qui hoc no. in spe. de sal. §. i. ver. si vero ordinarius. ⁊. §. seq. quod non placet per decre. cum ab omni. de vi. et bone. deri. vt ibi diri.

g ¶ Sigillo: siue ad vsum causarum: vt cũ fit littera citatoria: vel aliqd tale: siue ad contractus: puta quia recognoscuntur vel publicantur sub sigillo curie: forte cum non sit ibi vsus tabellionum: facit de fide instru. cum dilectus. de. fo. compe. romana. ad fi. li. vi.

h ¶ Vel secularis: vt qz prelatus temporalem iurisditionem habebat in loco. de appella. si duobus. de vel. c. pue. c. iij.

i ¶ Consuetudine: no. quia decre. qz sepe. vitiat. non solum cõsuetudines sed etiam priuilegia ⁊ statuta: hic vero solum consuetudinem: dico qp hoc ipso qp declaratur istud statutũ locum habere in casibus predictis: cuius statuti pars est vitiare priuilegia cõsuetudines ⁊ statuta contraria: ergo ⁊ illa quẽ ad hos casus sublata dicuntur sed puto qp consuetudinem que secuta esset constitutionem ipsaz qz sepe. ⁊ hec littera tollere noluit. nec ob. decre. i. de cõsti. lib. vi.

k ¶ Expense: hoc etiam tenebat ibidem archi. vt qz salaria dantur officiali qui iurisditionem exercet vel qui sigillat: vel fiunt expense in ministris chartis cera ⁊ similibus. facit. s. eo. vt preterite. rij. q. ij. hec huius placiti. ff. de admi. tu. cum plures. §. i. ⁊. ij. ff. de tutel. ⁊ ratio. di. l. i. §. sz nõ nullos. ff. de pe. here. fiquid. §. sicut.

l ¶ Singulares psonas: salua pace componẽtis hic remanet dubium an hoc intelligaꝯ ꝯ singularibus personis etiam ipsorum collegiorum: ⁊ videtur qp nõ: qz ꝯstitutio expresse tollebat quo ad hos ꝯtraria priuilegia ⁊c. videtur cõtra: qz alias ista verba sunt superflua: cum certum esset constitutionem ipsam extraneos non ligare: sed solum capitula ⁊ personas ipsorum per quod puto qp etiam de singularibus personis collegiorum intelligaꝯ fm hoc dicam sibi sublata priuilegia ⁊c. quo ad singulares psonas collegiorum que non iure dignitatum hoc vendicant: cum priuilegia dignitatum sibi sublata non essent.

m ¶ Dignitatum. Quid si ratione personatuũ vel officiorum: videtur qp idem ⁊ intelligo hanc litteram: siue dignitas sit in ipsa ecclesia vacante: siue in alia: puta quia archidiacono in ecclesia cathedrali hoc competit: vel in ecclesia collegiata hoc competit archi. qui tamen ipsius est canonicus.

n ¶ Emolumẽto: ergo secus si iurisditio tantum.

o ¶ Speciali: puta statuto facto ĩ fundatione dignitatis vel ecclesie. xviij. q. ij. eleutherius de consue. cum dilectus. vel re iudicata: de re iudi. c. cuz inter. vel arbitrio: de prescrip. cũ olim de arbi. cum olim.

p ¶ Extendi: si. s. de offi. or. p̃senti. §. porro. lib. vi.

Cum concessa. Se sũmat inducens ius nouuz ⁊ equissimum.

q ¶ Superiore: qui sine capitulo solus hoc potest. s. c. si religiosus. ij. rñso.

r ¶ Prouisioni: latũ verbum qõ cõprehendere põt nominationem postulationem presentationem ⁊ collationez: ⁊ facit qõ no. s. eo. si cõpromissarius. §. idez in fi. vlti. glo. lib. vi.

s ¶ Si quã: licet h videatur reprobare licentiã generalẽ: ⁊ merito: qz forsan eligeretur ad locum cui non expediret illũ pficere ⁊ forsan platus licentiaz specialẽ datur nõ esset ad illũ: tñ credo idẽ ĩ spãli: vel si exprimat locus: puta qp consentire posset si eligat ad talez prelaturaz forte vacantẽ: cũ ibi etiã subsit rõ ambitionis q̃ sequit.

t ¶ Ambitionis: q̃ sepe religiosorũ oculos excecat. s. eo. quorũdã. in pn. lib. vi.

v ¶ Nullius: per hoc dico qp etiam electioni prius facte ipso ignorante cõsentire nõ posset: quasi super certo danda sit talis licentia. facit de cõces. prebẽ. c. i. li. vi. ver. subiunctum. in fine.

x ¶ Firmitatis: si ergo ex tali licẽtia consentiret: consensus nõ valeret: ⁊ priuatus esset omni iure sibi ex electione quesito. s. e. si religiosus. i. rñ. libro. vi. ⁊ satis videbatur hoc esse de mente veteris iuris: inquantum predi. decre. i. ⁊. ii. rñ. loquitur de electione facta. e. ti. q̃ sit. tamen tenebamus contrarium dicentes: qp sicut malefacit abbas absoluens monachum ad aliud monasterium: nisi illud habeat paratum: ⁊ cõstet qp illum recipere velit: tamen valet si hoc facit: ⁊ de hoc p Inno. de renun. c. fi. per Hostien. de iureiu. sicut ex litteris. ita malefaciebat prelatus talem dando licentiam: tamen data tenebat: per quod videret: qp valeret talis licentia si daretur clerico seculari de cõsentiendo ⁊ transeundo: quia quo ad solum consensum nõ est necessaria: propter uim enim professionis magis notatur ambitio in professo: ⁊ licet actiua potestas eligendi non detur ad beneficium non vacans: de cõces. prebẽ. cõstitutus. passiua bene datur: de trãsla. c. fi. de. fi. p̃sby. c. i. ⁊. ij. libro. vi.

Cum illusio. Ponit victuz ⁊ exceptionẽ a dicto. ibi: nisi forte. ⁊ determinat no. p Inno. s. e. ti. veniẽs. q̃ q̃si ad lꝝam no. archi. s. e. c. ij. li. vi. Itẽ no. p goff. Inno. ⁊ bo. ⁊ egi. s. e. qdã. Io. an.

y ¶ Illusio: idẽ vbũ ꝯ postul. bone. ij. ꝯ. nec nocebit. de re iudi. cũ olim. de ali. iudi. mu. cau. fa. c. i. de ap. suggestũ. de pbẽ. dilect. ff. ꝯ re. iudi. si p̃to: de iudeis: ĩ nõnullis. j. de re. pmu. c. vno. ⁊ pomꝯ pro deceptiõe vel decisiõe.

z ¶ Ecclesiasticis: de iurepa. cum autẽ. s. de elec. publicato. ⁊. eo. ti. nulli. lib. vi. viij. q. ij. dilectissimi.

⁊ ¶ Maxime: hoc dicit: qz etiam laicis regulariter prohibetur variatio: de quo satis no. de re. iudi. qp semel. lib. vi.

ꝯ ¶ Cedendum: qd de procuratore dato solum ad petendã licentiã cedendi: Dicebat Ain. de ele. cũ post petitã. per. ꝯ. ibi obtentam. ⁊ Inno. in decre. quidaz p decre. lecte. eo. ti. qp valet reuocatio etiã post petitionem presentatã superiori: nec ob. quod dicitur. de postu. cum ista nõ fiat ita publice ⁊ solẽniter vt illa ⁊ cũ h nullus interfit: ⁊ sic soluitur de postul. bone. ij. ver. nec nocebat. Sed si supior ignorans reuocationem dedit licentiam: tenet licentia fm Inno. q̃uis fm eum distinguj posset an per procuratorem an per nuncium petierit cessionem vel concessionem ad quod facit littera sequens ⁊ quod. j. dicam. Satis dici posset per hãc decreta. qp si procuratori ad hoc constituto ⁊ hoc petenti data sit licentia cedendi priusq̃ reuocatio peruenerit ad procuratorem vel superiorem: cessante malicia cogatur cedere per decre. quidem. De postulatione vero post reuocationem superiori presentatam quid iuris: scripsi post host. in pre. decre. bone. ꝯ. nec nocebat. super verbo videtur.

ꝯ ¶ Procuratorem: non video qp quo ad hoc sit ius diuersum an cõstituat vnũ vel plures insolidum vel cõiunctim laicum vel clericũ. de pen. c. i. lib. vi. videt tamen tutius cõstituere clericuz: facit qõ scripsi de preben. accedens.

a ¶ Sponte: secus ergo si per iustum metũ.

b ¶ Vel libere. potest respicere libertatem constituentis: ⁊ facit. s. de procurato

τ ipsum ignorantem[a] postmodum durerit quomodolibet[b] reuocādū teneat cessio[c] facta per eū antequā ad ipsius vel illius in cuius manibus[d] cessio fuerit facienda[e] noticiā reuocatio huiusmodi sit deducta[f]: nisi forte per ipsos[g] aut alios[h] maliciose factum fuerit: quominus ad eos vel eorū[i] alterū ante cessionem potuerit reuocatio peruenisse.[k]

Rubrica De supplenda negligentia prelatorum.

Clemens. v. in concilio vienēsi.

Si prelati regulares non conferunt infra sex menses prioratus administrationes τ ecclesias vacātes que non sunt de mensa: sed solent spāles: lʒ obedientiarios rectores hře: diocesani auctoritate sua vel apostolica si sint exēpta conferūt illa psonis qbus p p̄latos fuerāt cōferenda: nec permittunt illa applicari mensis prelatorum vel pensionibus grauari. Jo. and.

